

Disputationes quae hoc Volumine
impressa sunt.

1. De Juribus Clericorum, Pr. J. H. Böttcher, & J. M. Schulze.
2. de Jure nocendi alijs, Pr. H. Coccejus, & J. W. Löper.
3. de vitijs ereptitijs, Pr. N. C. Lynker, & R. S.
4. de pactis conjugum specialibus, ^{Heberlinus} pure probatis et reprobatis, Pr. D. F. Goelenius, & J. C. Mejer.
5. Observationes circa jura elemosynarum et aliarum collectarum Ecclesiarum vicarum templorum et beatarum Pentecostalium etc. Pr. C. H. Hornius, & C. Haack.
6. de his, quae praepostere fiunt, Pr. H. Coccejus, & J. G. Ebell.
7. de Mora, Pr. H. Coccejus, & G. A. Wejsel.
8. de Concursum plurium Jurisdictionum, in eodem loco, Pr. H. Coccejus, & C. G. Durel.
9. de Distinctione Bonorum, Pr. H. Coccejus, & J. W. S.
10. de Momentum a postulo hinc et inde vindictarum, Pr. A. Deckeris à Thienen, & H. Coccejus.
11. de Jure alluvionum in Imperio, Pr. H. Coccejus, & C. G. Durel.
12. de Jure accretendi inter verbis conjugum, Pr. H. Coccejus, & J. C. Fran Gelder.
13. de Contractu Medicum auro, Pr. J. Schultz.
14. de Testamentis conjugum reciprocis, Pr. M. D. Laurent.
15. de Testamentis conjugum reciprocis, Pr. S. F. Willenberg, & J. G. Schmieschky.

16. Actiones in iuriam sacerdotum concernentes *Ad. A. von Jüngen*
 Processen gegen Prediger, P. J. G. Simon, & J. G.
 Goltzenreich.
17. de Jure precum publicarum von öffentlichen Kirchen-Gebetern.
 P. ~~H. Wilhelmus~~, & J. H. Bimer, & J. a
 Sallern.
18. Capita quaedam juris Ecclesiastici controversa circa
 constitutiones Praeuchicorum, et Solarum, P. C. H. Horn.
19. Positiones Juridicae usum Theorico-Practicam distin-
 guens rerum in mobiles et immobiles concernent,
 P. J. G. Hartlin, & C. Dräny.
20. de Pretenda equestri, P. A. Leit Kründe, & F. G. Struv.
21. de vario juris usu et abusu in Curia et Cancellarijs,
 vom Gebrauch und Misbrauch der Acten in Cantz-
 leyen und Rathhäusern, P. M. H. Haltermann's
22. de Appellatione per saltum, P. C. Wildvogel
23. de Jure incerto ex dubia legum, quibus utimur,
 aut vitiate oriundo, P. M. H. Gmbnerus, & A.
 Mack.
24. de Levis sub lege comissoria, P. A. Weber.
25. Specimen parocmia tum his vitiarum, P. J. Thom, & Weber.
26. de Fictionibus tam hominis quam juris, P. C. C. Frickel
27. de his, quae circa praescriptionem morandriam sal-
 to traduntur, P. J. H. Berger, & C. G. Pohl.
28. de Oppignorationibus rerum in pignori, P. J. Strauchius,
 & L. A. Hamberger.
29. Jus ac Regimen Charitatis Christianae in causis ac
 negotijs civilibus, P. F. Fritschius.
30. de Beneficij sive humilitati per venenum attentati
 in Cap. ubi mors non ipsi secuta poena capitali,
 P. H. Wagner, & C. G. Goffmann.
- + vide folium post Volum.

20. 22.
DISPV TATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

De

APPELLATIONE PER SALTVM,

Quam

AVXILIO DIVINO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, JVLIIACI, CLIVIAE AC MONTIVM, AN-
GARIAE, GVESTPHALIAEQVE ET RELIQA,

IN ALMA SALANA

EX DECRETO ILLVSTRIS ORDINIS JVRIDICI

P R E S I D E

VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

CHRISTIANO WILDVOGELIO,

JCTO CONSVMMATISSIMO,

CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI INTIMO, CVRIÆ PROV. ET
SCAB. NEC NON FACVLTAT. JVRID. ASSESSORE GRAVIS-
SIMO, VT ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure capeffendi hono-
res & privilegia

SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI SVBJICIT

D. JVN. M D C C XII.

JOHANNES REINHOLDVS MACK,
HAMBVRGENSIS.

J E N Æ, LITERIS MVLLERIANIS.

DISPUTATIO PRAELECTIO JURIDICA

APPELLATIONE PER SALUTEM

AVXILIO DIVINO
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

D O M I N O
GUILIELMO HENRICO

DUCE SACROSANCTAE ECCLESIAE
GABRIELE GUSTAVUS ET BELGICA
IN ALMA SALAMANA

EX DECRETO ILLUSTRISSIMI ORDINIS JURIDICI
P R A E S I D I S

PRO HUIUSMODI RECURSU
D O M I N O

CHRISTIANO WILHELMO

CONSIGLARIO SAEO-REINAGENSIS
SCAE NEC NON FACULTATIS JURIDICAE
SING. UT ET ANTECESSORUM CUIUSDEM

PRO LICENTIA

Summos in litore iure capessendi hono

12 & p[ri]vilegiis
SOLENNI ERUDITORUM EXAMINE SUBICIT
D. 1711. M. D. CC. XII

JOHANNES REINHOLDVS MACK

HAMBURGENSIS

J E N A E LITERIS MULLERIANIS



V I R O

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo,

**DN. JOHANNI
VAN SVM,**

Senatori Inclytæ Civ. Imper. Hamburg.

longe Spectatissimo,

Patrono & Avunculo Suo

parentis instar colendo.

VIR O
Nobilissimo, Amplissimo, Consularissimo
DN. JOHANNI
VAN SVM,

Senatori-Inclite Civ. Imper. Hamburg.
longe Spectabilissimo,
Patrono & Amicissimo suo
patriae ipsius colendo.



Iu multumq; utrum
thesibus hisce, ut
vocant, inaugurali-
bus præfigerem de-
dicationem, nec
ne, animo agitavi.

Magna erat rationum pugna, ma-
gna obitaculorum turba, donec
ipsæ me alloquerentur plagulæ:
Non dubites, quin ponderosa-
nos instruas commendatione, quâ
securæ omnium iudiciis exire, qua
facile eruditorum gratiam captare
possimus. Noſti curtam ſupel-
lecti-

¶ (o) ¶
lectilem, nosti ingenii tenuitatem,
nosti quoque vix censura vexare
homines, quæ clypeo rutilante
suffulta vident. His enim perceptis
subito legem cogitationibus dixi,
dubiamque mentem, veritate rei-
que necessitate perspecta, in ordi-
nem redegi.

Sed cum præter Te, Vir Am-
pliff. haberem neminem, cui pa-
gellas meas inscriberem, etiam at-
que etiam eximiam, quæ Tibi
est, Humanitatem appello, hanc
haud mediocrem velis æquam in
partem interpretari audaciam, ani-
mique in Te mei, qualis qualis
sit, significationem boni confu-
lere.

Mul-

Multis enim rationibus, ut Te
 adirem, sum commotus : Nam,
 partim singularis, qua hactenus
 me amplexus es, benevolentia ad
 illud me impulit, partim tenax
 Tua in literarum sectatores pro-
 clivitas, partim, ut hac simul oc-
 casione ulteriorem ad Te mihi
 sternerem viam, ceteras ut silen-
 tio præteream.

Offero igitur & confecro Ti-
 bi levidense hoc opusculum, pri-
 mum studiorum meorum foetum:
 Velis eum Tuam in tutelam reci-
 pere, exoptatoque patrocinio di-
 gnari. Formavi eum, pro ut facul-
 tas & vires à summo hujus uni-
 versi Rectore concessæ fue-
 runt. Quod restat, ego quoties
 Tui

¶ (o) ¶

Tui memoria in mentem venerit,
venit enim sæpissime, non desinam
vota facere, ut DEVS T.O.M. Te
quam diutissime mortalium coeti-
bus patiatur interesse, ad publi-
cam, privatam & amicorum pro-
movendam utilitatem.

Amplitudinis Tuæ

Dabam Jenæ
d. 1. Junii
1712.

Devotus Cultor.

JOHANNES REINHOLDVS MACK.





Cum Deo.



Ircumspicienti mihi de materia, qua inauguralis speciminis loco publica disceptatione digna videri posset, succurrit tractatio *appellationis*, qua non tantum theoreticis involuta est dubiis, sed cuius etiam resolutio insignes in praxi producit effectus: quotidiana enim est appellationis frequentatio. Hinc plurimi sunt, qui hac de re excelsa sua ingenia exercuerunt, quorum nomina hoc loco congerere supervacaneum est, nec ad institutum meum pertinet; sed consuli possunt, quorum bibliotheca prodierunt in publicum. Inter hos quidam rem aggressi sunt per partes, sic *de tempore utili & continuo ad appellandum* scripsit M. ANTON. BARDVS. JO. DAVTH. *de appellat. à Cesare male inform. ad melius informandum.* Quomodo à subdelegatis appelletur, ANT. DE FVER-

A

FVER-

FVERTES, & de appellatione à Vicario ad Episcopum
 JO. DE NARBONA, & quæ sunt alia specialia scripta,
 quæ enarrare longum foret. Mihi in præfenti lubet
 pro ratione temporis & instituti excutere SALTVM
 APPELLATIONIS, quando nim. intermisso iudicio
 intermedio, appellatur superius: cui tractationi ut viam
 sternam, præmittere conducit, quod regulariter *grada-*
tim fit appellandum, ut & quid de appellatione genera-
 tim fit tenendum, unde fluunt tres sectiones: in *prima*
 proponam generalia appellationis, *secunda* sectio exhibe-
 bit gradus, quos appellantes observare debent, non
 quidem omnes, sed in quantum ad illustrationem the-
 matis videbuntur necessarii, atque tunc *tertia* sectio si-
 stet ipsam appellationem per saltum. Hic labor ut fe-
 liciter in gloriam altissimi & commodum proximi ver-
 gat, ante omnia DEI T. O. M. auxilium imploro pe-
 ctore calidissimo. Sit itaque.

SECTIO I.

Sistens generalia appellationis.

§. I.



Nota non est Philosophorum quorum-
 dam arrogantia, qui jactant, se faculta-
 te cavendi pollere, ne unquam errent.
 Ab hac longe aliena est nostra Juris-
 prudentia, quippe quæ intelligit, pru-
 dentissimum quemque sapius falli, dum certissimas se
 ratio-

raciones sequi arbitratur. Inveniuntur etiam non raro iudices rerum minus periti, vel affectibus succumbentes, tum & leges ipsæ involvuntur perverfis interpretationibus, ipsi quoque advocati multa prætermittunt, *l. 6. §. ff. quid autem, C. d. appellat. & quis nescit*, quod nemo litigantium tam æquus rerum sit arbiter, quin suæ causæ faveat, atque protinus inique secum actum existimet, ubi causa ceciderit; *Ziegl. d. jur. Majest. L. 1. c. 30. §. 7.* Propter has & alias causas inventa est appellatio, ad iniquitatem sententiæ corrigendam, *l. 1. ff. d. appellat. Tholosanus in Tr. de appellat. L. 1. c. 5. n. 2. Donellus L. 28. c. 4. l. A.* Licet nonnunquam bene latas sententias in pejus reformari contingat: neque enim utique melius pronunciat, qui novissime sententiam lataturus est. Et hæc est causa atque ratio plurium instantiarum & graduum, de quibus postea. Ceterum per appellationem suppleri etiam potest, quod in prima instantia per iudices vel advocatos est prætermissum.

§. II.

Non incongruum autem est prius dispicere de ipsis vocabulis. Et quidem unde derivetur *appellatio* facile constat. Ceterum varia significat: nonnunquam enim idem est, ac verba cum aliquo facere, ut cum debitor, ante quam ad iudicem vocetur, appellari jubeatur, ut solvat, *l. 16. §. fin. ff. d. fidejuss.* & *Quintilianus*, optimus dicendi artifex, appellare virginem de stupro scribit, quod est blanda oratione attentare ejus pudicitiam, *l. 15. §. 20. ff. d. injuriis.* Notat etiam auxilii gratia aliquem implorare, quæ significatio jurisprudentiæ convenit: litigantes enim auxilii gratia appel-

lant superiorem. Unde patet, quod vox appellationis sit æquivoca, & imprimis in jure duobis modis sumatur, primo vulgariter, pro querela iniquitatis sententia, *l. 17. ff. d. minor.* quo sensu concessa dicitur appellatio quandoque ex pacto, ut civitati Rostochiensis, Stralsundensi & Wismariensi Lubecam appellantibus, *vid. Thom. Michael. d. jurisdict. Concl. 54.* Secundo accipitur proprie, pro provocatione à judice inferiore ad superiorem, unde definiri solet legitima superioris judicis invocatio adversus gravamen inferioris. Quod autem prior significatio sit inpropria, inde probatur, quia ejusmodi magistratus, ad quem appellatur, sententiam suam non exequitur, nec compulsoriales, nec inhibitiones, sed tantum requisitoriales literas decernit, cum par in parem non habeat imperium, *Hahn. ad Wesenb. T. d. appellat. n. 2.* Est itaque ejusmodi appellatio nihil aliud, quam consilium, vel consultatio alterius, quæ fit in vim prorogata jurisdictionis. *Stephani d. jurisdict. L. 2. P. 1. c. 9. n. 356. usque ad 366.*

§. III.

Hoc loco sumimus appellationem in significatu proprio, quæ nonnunquam dicitur provocatio. *l. 3. §. ult. l. X. ff. d. appellat. l. 27. ff. d. re jud. it. auxilium appellationis, l. 1. §. ult. d. temp. & repar. appell. l. 2. §. 3. ff. a quib. non lic. appell. l. 15. ff. d. appell. l. 2. C. d. Episc. audient. & in pluribus aliis locis, vid. C. A. d. appell. n. 3. nec non auxilium provocationis, l. 10. C. d. appellat. jus appellandi, l. 1. §. 1. ff. d. appellat. facultas appellandi, l. 4. §. 7. ff. d. appellat. l. 20. C. cod. interponenda appellationis copia, l. 29. C. cod. juvamen appellatorum,*
com-

commune auxilium, & ira porro, *vid. C. J. A. c. l. § n. 4.*

§. IV.

Definitionem appellationis jam supra proposuimus, quod nimirum nihil sit aliud, quam legitima ad superiorem judicem, *l. 1. §. 3. d. appell. adversus sententiam vel gravamen inferioris, d. l. 1. pr. ut illud emendetur, gradatim riteque, l. 21. pr. §. 1. ff. d. appell. facta imploratio s. provocatio, d. l. 1. pr. l. 30. C. eod. L. B. de Lyncker d. gravamine extrajud. c. 1. §. 5. n. 2.* Nolum tamen ut hæc descriptio exigatur ad rigorem præceptorum logicorum; nam dictum est, quod gradatim fieri debeat appellatio, hoc autem ad essentiam ejus non pertinere, jam monuit Hahn. *ad Wesenbec. d. appellat. n. 3.* præteritur enim quandoque medius judex, si est inhabilis, si suspectus, si justitiam denegat, & qui sunt alii casus, de quibus *in Sect. 3.* ex instituto agendum venit.

§. V.

Quoad naturam suam, appellatio est remedium ordinarium, hinc excludit remedia extraordinaria, nisi quatenus hæc sunt breviora aut pinguiora, *vid. Bach. ad Treutl. V. 1. D. II. th. 1. l. A. Odd. d. restitut. in integr. P. 1. qu. 17.* An autem appellatio magis sit species imperii, quam jurisdictionis? queritur: affirmat, id Wesenb. *in paratit. b. T. n. 4. in fin.* Sed hoc improprie & prorsus insubtiliter dictum esse, notat Bachov. *ibid.* Utique enim non Magistratus appellare dicitur, sed privatus. Sed ne cavillari videatur Bachovius, subjicit, quod appellatio fiat à sententia, quæ fertur à Magistratu,

tu, non quatenus is exercet imperium, sed potius jurisdictionem.

§. VI.

De speciebus appellationis, altercantur Dd. inter se, quorum aliqui tres, alii quatuor species ponunt; Illi referunt *interjudicialem*, videlicet interpositam ab interlocutoria, *judicialem* à definitiva, & *extrajudicialem*: Hi vero formant *antejudicialem*, quæ fit ante litem contestationem, *interjudicialem*, quæ post litem cont. ante sententiam interponitur. *Cap. 1. d. dilat. judicialem*, quæ à sententia definitiva suscipitur, & *postjudicialem*, quæ post rem judicatam contra executionem movetur; quas omnes tanquam temporibus magis & locis ac casibus, quibus appellare licet, differentes, quam ex rei substantia desumtas, rejicit Wesenb. *in paratitl. d. appellat. n. 5.* Hinc plerumque cum Wesenbecio DD. statuunt duas species appellationis, judicialem sc. & extrajudicialem, Petr. Greg. Tholosanus *synt. jur. univers. L. 50. c. 2. n. 5.* Illa fit à sententia & interlocutionibus, hæc à decretis & actibus extrajudicialibus, v. g. si magistratus vacatione gaudenti munus civile imponere velit, item à captura, incarceratione, & similibus, de quibus late agit L. B. de Lyncker *in Tr. d. gravam. extrajud.* Extrajudicialem subdividunt, quod vel appelletur non à iudicis, sed à partis adversæ facto extrajudiciali, textus est *in Cap. 51. X. d. appellat.* vel à iudice extrajudicialiter procedente. Gail. *L. 1. O. 102.* De differentiis inter judicialem & extrajudicialem appellationem, agit Petr. Greg. Tholosanus *in Tr. d. appellat. L. 1. c. 11.* unde sequentes notamus regulas: quando

do extrajudicialiter appellatum est, iudex ordinarius adiri debet, non superior ordinario. Gail. *L. 1. O. 120. n. 4.* quia nihil aliud est extrajudicialis appellatio, quam ad iudicium provocatio. Gail. *d. l. n. 4.* Deinde inhibito in extrajudiciali appellatione non est decernenda, & ita Camera Imp. servat. Gail. *c. 11. vid. C. J. A. d. appell. n. 5.*

§. VII.

Est autem remedium appellationis vetustissimum & antiquissimum, de quo videri potest Cicero *L. 3. d. LL.* Et quia appellatio est defensionis species, recte ex ipso jure nat. & gent. derivatur: imo & jure divino videtur obtinuisse; *Exod. 18. v. 22.* Unde an statuto appellatio removeri possit? disquirunt Dd. *in l. Omnes populi. ff. d. just. & jur.* Licet autem talia statuta in quibusdam locis Germania extant, Camera tamen Imp. illis non obstantibus recipit appellationes, quia talia statuta auferunt defensionem & sic non valent. Gail. *L. 1. O. 135. n. 12. Klock. V. 3. C. 181. n. 46.* Appellationem enim introducere est favorabile, eandem vero tollere, odiosum videtur. *Argentoratens. V. 1. C. 29. n. 34.* Quia vero jus civile vel addit, vel detrahit aliquid juri nat. *l. 6. ff. d. just. & jur.* hinc idem contigit etiam appellationi; vnde statuto vel privilegio limitari potest illa & restringi pruritus appellandi, v. g. ut prius juramentum praeteretur, vel certa pecuniae summa deponatur, aut ne in debitis liquidis appellare liceat. Quamvis autem Gail. *O. 124.* moneat, in Camera receptum esse, si quaedam solennia coram iudice à quo non fuerint observata, ut nihilominus appellatio valeat, id tamen

inen hodie non obtinere, ajunt *propter Rec. Imp. de anno 1654. §. III. Drittens sollen ic. & §. 114. Gambsius ad d. §. III. & imprimis ad §. 117. auch zum sechsten in Fällen ic.* Quaquam, si quis textum *d. Rec. Imp. penitius inspiciat, pateat, illum loqui de casibus: da die privilegia das juramentum calumnie erfodern/ adeoque non de statutis Statuum Imp. Scilicet Imperatores certa privilegia quibusdam statibus concesserunt circa pun-ctum appellationis: sic v. g. expresse cavetur in privilegio appellationis ab Augustissimo Imperatore Ferdinando II. d. 9. Sept. anno 1631. domui Serenissimæ Hasliacæ concessio, quod appellans juramentum prius præstare & legitime cavere debeat, antequam judex appellationi deferre cogatur. Simile privilegium Carolus V. d. 6. Aprilis anno 1554. concessit civitati Hamburgensi, patriæ meæ, cujus verba sunt: Dem Rath zu Hamburg einen Hamburger Gilden/ neben der appellation zuerlegen / und diese Gelübt und Eyd zuthun: schuldig seyn / als daß er von ihren Urtheil/ Erkäntniß/ pro-ces, Endschied / oder decret nicht gefährlich / oder der Wieder-Parthey ihre Gerechtigkeit aufzuhalten oder zu-
 verhindern appelliret --- dann daß er eine gerechte Sa-
 che habe --- in gefaster rechtlicher Zeit fürderlich nach-
 folgen und prosequiren wolle/ darauf er den Partheyen/
 wieder die er appelliret --- mit gnugsamer caution &c.
 Talia igitur privilegia exacte non observantur. Sed ho-
 die solennitates illæ, veluti juramentum calumniæ,
 vel etiam cautio, si vi privilegii præstari debent, in pri-
 ma instantia sunt præstandæ, sub præjudicio causæ, *vid.*
*d. Rec. Imp. §. 117. auch zum sechsten in Fällen ic.**



§. VIII.

Licet autem statuto non possit tolli appellatio, aliud tamen esse statuunt, si litigantes pacto renunciant appellationis beneficio. Diversitatis ratio hæc est, quia statutum directo vergit contra jus superioris; pactum autem id directo non tangit, sed paciscentes illud abdicant à se, quod in eorum facultate positum est. Mynsing. C. 1. O. 14. add. Bach. ad Treutl. V. 2. D. 33. l. A. verbo. unde & statuto &c. Mev. P. 1. D. 222. Videtur quidem pro statuto appellationem excludente inde nasci argumentum, quod & universitas per modum pacti condat sua statuta; veruntamen nihil inde evincitur, quia litigantes singulares, qui appellatum renunciant, ad certam tantum causam respiciunt, quod non faciunt, qui statutum condunt, sed in genere omnem in universum appellationem prohibent, atque hac prohibitionem superiori magis, quam sibi detrahere voluisse præsumuntur. Sicuti jam non statuto, ita neq; consuetudine vel præscriptione potestas appellandi tolli potest. Ziegl. d. jur. Majest. L. 1. c. 30. §. 16. Grot. d. J. B. & P. L. 2. c. 4. n. 3.

§. IX.

Atque hæc sufficiant de his, quæ in genere circa appellationem nosse oportet. Plura qui desiderat, adire potest autores ex instituto hoc argumentum proponentes.

B

SECT.

SECTIO II.

De gradibus appellationis.

§. I.

Natura bene ordinata Reipublicæ exigit, ut omnia fiant decenter atque ordine: hinc subditis regendis certi custodes atque magistratus sunt prapofiti; ut quilibet in partibus fibi conceditis munia fua fideliter obeat. Sed teſte experientia, etiam cuſtodes obdormire nonnunquam, officium negligere, vel perverſe agere ſolent, hinc illi rurfus aliis majoribus ſubjecti ſunt Magiſtratibus, donec perveniatur ad ſupremam poteſtatem. Licet jam appellatio ab inferiore, ad ſuperiorem ſit inſtituenda, non tamen per ſaltum ſed gradatim id fieri debet, ab inferiore ſc. ad proxime ſuperiorem; ratio eſt, ne confundantur iuriſdictiones & diverſæ poteſtates, neque vileſcat intermediorum auctoritas, hinc nequidem ad comparem appellare licet, *Nov. 23. c. 4. pr.* quia par in parem nullum habet imperium, *L. 13. §. 4. ff. ad Sctum Trebell. L. 4. d. recept. arb.* quod tamen in appellationibus omnino requiritur, ut nim. iudex ad quem appellatio dirigitur iudici à quo hæc ſuſcipitur, ulteriorem proceſſum inhibere poſſit, adeo, ut nec conſuetudine contrarium introduci queat, *per Cap. 2. cum gloſſ. d. conſuetud. in 6. Petr. Greg. d. appell. L. 1. c. 3. n. 2. Trevl. V. 2. D. 33. th. 1. l. D.* Hinc nec à majori ad minorem datur appellatio, *cc. li.*

§. II.

§. II.

Quod si autem in hoc ordine erratum sit, quaeritur, quatenus hic error noceat? Et quidem si per errorem ad minorem judicem appellatum fuerit, appellatio erit ipso jure nulla. Si vero non quidem is, qui debebat, verum tamen par sit appellatus, error nihil nocet, sed is, qui appellandus erat, nihilominus cognitionem suscipit, quod exemplo Praefecti urbi, qui consulis loco erat, declaratur, & sancitur à D. fratribus in *L. 1. §. 3. d. appellat.* Huber. in *praefect. ad T. quis à quo appelletur.* Vbi subjicit, quod quandoque jura tribunalium sint incerta, v. g. utrum causa ab inferioribus judicata, in secunda instantia pertineat ad collegium ordinum novemvirale, an ad supremam curiam? quo in casu expedit, ut alternative appellatio interponatur. Forte etiam consultum erit, in genere ad judicem competentem appellare, quia judex ad quem, necessario non est exprimendus, vid. *Bocer. cl. 6. D. 34. th. 69. l. E. Befold. d. appellat. c. 8. §. 4.* Id quod etiam tunc observari potest, si duo sint judices superiores, quorum concurrens est jurisdictio, tunc enim electio est penes appellantem, ad utrum eorum devolvi velit causam; Exemplum ejus ponit *Ziegl. d. jur. Majest. L. 1. c. 30. §. 4.* in electorali Saxonia, ubi curiae provinciales cum aula electorali concurrentem habent jurisdictionem, & in Episcopatibus, qui in territorio serenissimi Electoris Saxoniae continentur, ubi non modo ad Cameram Imp. sed etiam ad aulam electoralem appellatio interponi potest. *Carpz. in proc. T. 18. art. 1. n. 63.*

§. III.

Ceterum alternativæ appellationi non obsistit, quod ea sic plane fiat incerta, si iudex ad quem non statim denominatur vel eligitur, cum tamen rei incertitudo vitiet actum. August. Barbosa *axiom. L. 9. c. 28.* Ob quam causam nec alternativæ petitio regulariter admititur, *L. 10. ff. d. stipul. serv. l. 7. §. 4. ff. d. injur.* Valeret enim utique appellatio, si vel maxime nullus, iudex superior esset expressus, quidni ergo, si duo alternative sunt expressi? Quod si verò quis ad plures iudices appellaverit, tenetur is intra 10. dies declarare, coram quo appellationem velit introducere, sub poena desertionis, Alexand. *conf. 12. lib. 6. Castr. conf. 66. n. 10. lib. 1.* de qua tamen re vide Steph. Grat. *dec. 199. n. 8. §§.*

§. IV.

Gradus hi appellationis curate apud Romanos custodiebantur. Sic (1.) appellabatur à pratore ad præfectum urbi *L. 17. C. d. appell.* quia verò prator erat vel urbanus vel peregrinus, hinc textus utriusque mentionem facit, non quasi conjunctim jus dixerint, sed vox: *utrumque* divisim sumitur, ut sensus sit, sive hic, sive iste jus dixerit, ab utroque auxilium provocationis pertinere ad iudicium sacrum præfecturæ urbis. (2.) à legato proconsulis appellabatur Proconsul, *l. 2. ff. quis à quo appell.* unde concluditur, quod legatus haberet propriam jurisdictionem, L. B. de Lyncker. *ad Struv. Synt. T. d. offic. Procons.* Et ex *c. l. 2.* fluxit forte consuetud,

rudo, quod à judiciis oppidanis, quæ tamen repræsentant Senatum, ad ipsum Senatum detur appellatio, cuius ratio hæc redditur, quod Senatus non omnem jurisdictionem mandaverit judici & Scabinis. (3.) à iudice delegato appellatur delegans, *l. 32. §. 3. C. d. appell.* Hinc à subdelegato ad subdelegantem appellandum putat. Gail. *L. 1. O. 33. n. ult.* a quo dissentit Wurmser. *L. 1. T. 24. O. 5. Hartmann. L. 2. T. 19. O. 28.* distinguit, an tota causa sit delegata, quo casu appellationem ad Principem admittit, licet subdelegans dixerit: *committo tibi vices meas, quo usque ipsas duxero revocandas*; An vero non in totum facta sit commissio, tunc enim ad subdelegantem admittit appellationem. Varias opiniones excutere locus hic non est, Gailii tamen doctrina videtur verior. (4.) à Proconsule vel Comite Orientis & Præfecto Augustali, nec non à Præsidibus provinciarum appellabatur Præfectus pratorio, & Quæstor sacri palatii, *l. 19. 29. 32. pr. 35. 37. C. d. appell.* (5.) à iudice dato ad ordinarium dantem, *l. 1. pr. l. 3. ff. quis à quo appell.* Contrarium docere videtur Imperator in *l. un. C. qui pro sua jurisdic. Et.* ubi ait: *hec teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint iudicandas: nam his delegantibus nullo personarum causarumve habito tractatu, appellationum ad eos iure iudicia remeabunt.* Misiss aliorum interpretationibus, dicimus, quod *l. 1. §. 1. quis à quo Et.* loquatur de mandatario jurisdictionis, qui cum mandante videtur habere idem auditorium, sicuti in iure can. de Episcopo & ejus vicario dicitur; sed *l. obs.* loquitur de delegato à Principe, qui alii subdelegavit

causam: jam vero secundum juris regulas appellatur à delegato ad delegantem, *l. 1. § 3. ff. quis à quo, & c. l. Imperatores, ff. d. appell.* gradatim enim fieri debet appellatio, vid. Fachin. *L. 1. Contr. c. 78. (6.)* à Præside Bithyniæ, Paphlagoniæ, Lydiæ, Helleponti, insularum, Phrygiæ salutaris, Europæ, Rhodopis ac Hemi montis appellabatur Præfectus urbi, *l. 23. C. d. appell. (7.)* à procurator Cæsaris seu discussores, vel rationali, non præfectus prætorio, sed Comes rerum privatarum appellabatur. Dissentit Brunnem. *ad c. l.* qui ad præfectum prætorio appellatum fuisse dicit, sed contrarium probat inscriptio *d. l. 26. (8.)* à spectabilibus iudicibus, v. g. Proconsule, Augustali, Comite Orientis, vicariis, appellabatur præfectus prætorio & quæstor sacri palatii, *l. 29. v. ea conditione, l. 32. pr. C. d. appell. (9.)* à Ducibus appellabatur Magister officiorum & sacri palatii quæstor, *32. & 38. C. d. appell.* quæ posterior priorem corrigit. Plura alia adjungit *C. J. A. T. quis à quo & c. num. 2.*

§. V.

Quoad mores hodiernos, gradus & ordo appellationis ex constitutione ipsius Reipublicæ dependet, quæ etiam numerum graduum determinat. Sic Huber. *ad T. quis à quo appelletur n. 4.* scribit: *apud nos non nisi una datur appellatio in causis civilibus ordinariis, à iudicibus urbanis & agrorum ad curiam supremam; etiam à commissariis curiæ ad ipsam, nisi quod in negotiis politicis duo gradus habentur; à dicasteriis inferioribus ad legatos ordinum novemviro, ab his ad ordines ipsos. In rebus Ecclesiæ sunt quatuor gradus, à Consistoriis ad clas-*

classen, à classe ad deputatos synodi, ab his ad synodum ipsam, à synodo ad ordines. In Germania mores & ordinationes variant, in quibusdam locis à iudicibus paganis & senatu urbis appellatur praefectus superior, der Ober-Amtmann: ab hoc regimen Principis & deinde ipse Princeps: post hunc, nisi privilegia obstant, appellatur Camera; Alibi curia quaedam, ein Hoff-Bericht/ est constituta, ad quam à regimine Principis fit appellatio, vid. Hugo d. stat. reg. Germ. cap. 4. §. 38. & tandem ad Cameram Imp. Quis ordo servetur in Saxonia, produnt Constitutiones & Ordinationes processus Saxon.

§. VI.

Quibus praemisissis quaeritur, si dominus feudi fuerit clericus, superior vero dominus secularis, v. g. Dux, Comes, aut Imperator, an ad hunc dominum superiorem sit appellandum? Affirmat Rosenthal. in *synops. feud. c. 12. Concl. 20. n. 5.* ita, ut minime ad Episcopum aut Papam fieri debeat provocatio, nam clericus ut secularis cognovit, & feuda illa non habet tanquam persona ecclesiastica. Id quod etiam extenditur ad casus, quibus ecclesia feuda tenet, & Praelatus tanquam ecclesiae administrator aut procurator iudicat: atque haec est quotidiana Germaniae observatio, nec admittitur, ut ad nuncios apostolicos, vel ad sedem Rom. devolvatur appellatio.

§. VII.

Non minus dubitatur, si duo iudices super una eademque causa pronunciaverunt, quorum unus est laicus

laicus, alter clericus, ad quem appellatio sit dirigenda? Communiter concludunt, ad superiorem ecclesiasticum tanquam ad digniorem appellandum esse, Bartolus *in l. 1. §. si quis; col. fin. d. appell.* Verum hic applicari potest, quod Illustr. Thomasius *in Nov. ad Huber. d. jure civitatis l. 3. §. 2. c. 6. n. 21. & 23.* habet, sc. hoc annumerari arcanis cleri papalis, cujus artibus multa debentur in hac materia appellationis: dignitas enim frustra prætexitur, & jam olim causa ecclesiast. ad Patriarcham metropolitanum vel alium Episcopum remissa, ad Archiepiscopalem sedem Constantiopolitanam referebatur, ut in illa cognosceretur, *l. 29. §. 2. C. d. Episc. audient.* non obstante, quod juxta *Nov. 131. c. 2.* sanctissimus senioris Romæ Papa primus erat omnium sacerdotum, & Archiepiscopus novæ Romæ secundum habebat locum. Ex quo patet, eum, qui digniori loco sedet, non illico esse majoris potestatis. Sic etiam in Senatu Imperatorio Præfectus urbi sedebat primo loco, quem sequebantur Patricii, tum Consules, inde Consulares, & denique Præfecti pratorio, *Nov. 62. §. 2.* Major tamen erat potestas Præfecti pratorio, quam Præfecti urbi, ab hoc enim appellari poterat, *l. 2. C. d. his, qui per jud.* non itidem ab illo. *l. 19. C. d. appell.*

§. VIII.

In provinciis Saxon. de quibus supra remisive actum, à sententiis & decretis Amtshoforum, sive municipia sint, sive Nobiles, ad quæstores præfecturarum, quibus subsunt, appellatur. *Carpz. P. 1. C. 20. d. 4. & in proc. T. 18. art. 1. n. 48. & seqq.* Quorum pertinet ordinatio appellat. *T. 14. Wer vor unser appellations - Gericht*

richt / ibi: So wollen wir / daß dieses auch in unserm
appellations-Gericht in gebührende Acht genommen / und
 derowegen die Partheyen / welche nicht ohne Mittel un-
 ter uns / sondern unter den Aemtern oder andern Ge-
 richten gefesse / auf ihre eingewandte *exceptiones*, an
 ihren ordentlichen Unter-Richter wiederum gewiesen
 werden sollen. Porro in foro Saxon. à Commissariis
 ab aula elector. delegatis, ad supremum appellatio-
 num iudicium Dresdense, non vero ad Curiam pro-
 vincialem: & vice versa à Commissariis Curiarum pro-
 vinc. ad Curias, non ad appellationum iudicium pro-
 vocandum est, Carpz. *Pr. d. tit. 18. art. 1. n. 57.* quia
 sc. à delegato regulariter appellatur ad delegantem, non
 alium, Dd. *ex l. 1. ff. quis à quo. l. Precipimus, C. d.*
appell. l. un. C. qui pro sua jurisdic. & ratio juris com-
munis postulat, ut appellatio fiat gradatim, ab infério-
re ad superiore, nullo medio intermisso. Equidem
 Carpz. *c. l. n. 58. & seqq.* refert, Curiam provinc.
 Lipsiens. propter jurisdictionis concurrentiam recepisse
 aliquoties appellationes; attamen in sequ. *n. 61.* id ab-
 rogatum esse docet, cum propter concurrentiam juris-
 dictionis haud infringi possit regula, quod à delegato
 ad delegantem, vel ejus successorem in officio appel-
 landum sit, quo & facit doctrina Gail. *L. 1. O. 121. n. 2.*
 ubi ita iudicatum refert; quia vero ipse in *n. 3.* exem-
 pla in contrarium refert, quibus hoc casu processus
 fuerint decreti, propter concurrentem jurisdictionem,
 & inde oriundam praevencionem, hinc Bechmann. *in*
Disp. d. commissario Imp. in causis justitiae §. 31. à Carpz. disce-
 dit, cum constitutio commissariorum non videatur in-
 C ducere

ducere talem præventionem, ut non adhuc ab illis ad eum, qui concurrentem jurisdictionem habet provocare liceat, atque allegat die Reichs-Hoff-Raths Ordnung T. 2. §. Diemeil aber 2c. *in fin.* ibi: und stehet in diesem Fall vermöge unserer Cammer-Gerichts-Ordnung denen Partheyen die *appellation* von Urtheil der *Commissarien* an uns oder Käyserl. Cammer-Gericht bevor. Ipsemet tamen Bechmann. *c. l.* fatetur, quod, si à Commissario aulae Caesareæ ad Cameram appellatum fuerit, perraro decernatur inhibito, quoniam inconueniens foret, delegato Caesaris inhibere, add. Blum. *in Proc. Cam. T. 54. n. 14.* & allegata *Ord. jud. aul.* restringitur per verba: in diesem Fall / qui præmittitur: wann nemlich Vermöge der Austräge--eine *commissio* bey uns gesucht wird. Ceterum de appellatione à Commissario regio ad tribunal Wismarische agit Mey. *p. 1. dec. 250.* ubi varias affert distinctiones, & tandem ex *speciali* ratione appellationem admittit, quia vi instrumenti pacis illud tribunal in terris Germaniæ constitutum, & extra Germaniam ad regiam curiam appellandum non est.

SECTIO III.

*De casibus, in quibus per saltum
appellatur.*

§. I.

CONsideravimus hactenus ordinem appellationis, quæ regulariter gradatim ab inferiore iudice, non omisso intermedio, neque per saltum, ad proxime superiorem dirigenda est. Nunc etiam considerandi veniunt casus, in quibus omisso intermedio iudice appellare licet. Vbi PRIMO loco occurrit casus, si iudex intermedius denegat justitiam, de quo *Ord. Cam. P. 2. T. 29. §. 1.* ita disponit: *Es soll keine appellation an dem Käyserl. Cammer-Gericht angenommen werden / die nicht gradatim geschehen / und die einen nähern Richter hätte / es wäre dann / daß der nechste Unter-Richter dem appellanten kündlich das Recht versagt; vid. Gail. L. 1. O. 119. n. 2.* Nam iudex ob denegatam justitiam, jurisdictionem quoad illam causam amittit, & superior pro administranda justitia adiri potest, per *Auth. Statuimus, §. sancimus, C. d. Episc. & cler.* ibi: *justitiam denegare presumerit --- jurisdictionem suam amittat; id quod etiam in materia feudali verum esse statuunt, 2. F. 22.* Denegatur autem justitia non solum expresse, sed etiam si alterutri parti inanibus subterfugiis litem malitiosè protrahenti, nimis indulgeat iudex. *Dan. Moller. L. 2. semestre,*

semestr. 30. in pr. § n. 1. Ludolph. Schrader. d. feud.
p. 10. sect. 4. n. 138. §99.

§. II.

Non desunt quidem, qui statuunt, hoc in casu ei, cui iustitia ab inferiore iudice denegatur, succurri, non per viam appellationis, sed tantum per viam recursus & simplicis querelæ, Baldus in L. sed & si per Prætorum. 16. §. ait Prætor, 4. ff. ex quibus caus. maj. n. 2. v. sed queritur hic: & in L. supplicare. C. ut lite pendenz. multisque aliis in locis, cui addatur Alex. in L. de pugillo. §. si quis ipsi Prætori 7. d. novi op. nunc. Paul. de Castr. in L. 4. §. in eum. ff. d. damno inf. n. 2. ut adeo hic casus ad nostram disceptationem plane non pertinere videatur, cum aliud sit appellare, aliud agere: accedit auctoritas Gailii L. 1. O. 28. n. 2. ubi testatur, quotidie in Camera citationes ob denegatam iustitiam per modum simplicis querelæ decerni, quia iurisdictio Camera propter denegatam iustitiam fundatur. Ord. Cam. P. 2. T. 1. §. fin. ibi: Es wäre denn Sach/ daß einer die ordentliche Unter-Gericht um Recht ersucht / und ihme darauf in Zeit eines Monats nach beschehenen Ersuchen zu Recht nicht verholffen / oder ihm das kündlich versagt / oder mit Gefehrdn verzogen werde: in welchen Fall dann der / dem das Recht also geweigert / oder verzogen / desselben Unter-Gerichts nechste Obrigkeit und Herrschafft ihme Rechtens zuverhelffen ansuchen / und da ihme daselbst auch nicht zum Rechten / wie sich gebührt / verholffen / solches dem Käyserl. Cammer-Gericht anbringen mag. Sed hifce non obstantibus
alii

alii contrarium statuunt, quorum opinionem communiter receptam esse, testatur Ludolph. Schrader. *cum alleg. P. 10. S. 4. n. 138. & seqq.* Hinc Christoph. Schvvanmann. *L. 1. proc. Cam. C. 19. n. 3.* abolitum esse dicit hoc Gailii traditum, *per S. 28. in Rec. Deput. de anno 1600.* ibi: *Ob auch promotoriales cum effectu devolutivo cause principalis ohne Unterscheid / es sey gleich die Sache coram iudice inferiori anhängig gemacht / darinne līs contesiret / oder auch definitivē concludiret / oder nicht / an unsern Käyserl. Cammer-Gericht zuerkennen / also daß / wann innerhalb der in den promotorialibus bestimmiter Zeit dem supplicanten zu Recht nicht verholffen wird / alsdann die Haupt-Sache alsobald in dem Stand dieselbe befunden / angenommen und erörtert mögen und sollen werde / seyn aus beyderseits vorgefallenen ansehnlichen Bewegnüssen verschiedene Meinungen und Bedencken bey gedachten unsern Käyserl. Cammer-Gericht befunden worden / zu dessen schließlicher Erklärung setzen --- wir / daß auf den Fall promotoriales --- erkennet --- aber dem supplicanten --- nicht verholffen / sondern ihn das Recht notorie versaget / oder sonst gefährlich verzogen --- daß alsdann die Haupt Sach --- ad Cameram devolviret und erwachsen; vid. Denais de jure Cam. T. 171. S. 6. Hac etiam distinctio circa appellationem per saltum ob denegatam justitiam notatur, an justitia fuerit denegata ante litem coeptam, an vero post judicium inchoatum. Mynsing. enim C. 5. O. 82. n. 4. dicit, praedicta omnia de protractione & denegatione juris locum habere, quando coram ordinario iudice causa judicialiter nondum coepta est; nam si*

lite jam pendente iudicium differatur vel iustitia denegatur, minime decerni citationem, quia talis denegatio vel dilatio iustitiæ non devolvit causam, nisi forte jure appellatum sit, idque fieri posse tradit Abb. *in can. ex parte. X. d. appell.* Atque hinc ex mente Mynsingeri, si nondum est coeptum iudicium, tantum per viam recursus vel simplicis querelæ adiri poterit iudex superior, alias per viam appellationis. Quicquid horum sit, utroque casu per modum appellationis causam ad superiorem devolvi posse, statuit Lud. Schrader. *d. feud. P. 10. S. 4. n. 139.*

§. III.

Vt vero inferior dicatur iustitiam denegasse, & appellatio propterea concedatur, certa requisita adesse debent, nempe *primo*, ut iudex ter sit requisitus à parte litigante, pro iustitia sibi administranda, tunc enim dicitur legitimum habere gravamen appellandi ad superiorem, juxta Jo. And. *in c. 1. d. supp. negl. præl. Panor. c. ex parte. 2. d. appell. & Rom. sing. 424. Et conf. 427.* ubi interpellationem etiam uno contextu multiplicatam sufficere ait, ad constituendum iudicem in mora, per *tex. in clem. quamvis rigor. d. appell.* Dissentit autem Gail. *L. 1. O. 28. n. 5.* putans sufficere unicam requisitionem, modo in prima iudex expresse iustitiam facere denegaverit, per textum in *L. Titia Sejo. §. usuras. ff. d. legat. 2.* ubi ad moram contrahendam unica interpellatio satis est: hinc efformant regulam, quod regulariter una admonitio sive protestatio sufficiat. Cum tamen ipse Gail. *n. 6.* exceptionem subiciat, atque suam assertionem procedere dicat in casibus, qui-



quibus jura nuncupatim trinam citationem requirunt, ut in Vasallo contumace receptum est, qui ter citari debet, antequam pro vero contumace haberi possit, & praterea in *Aurb. Statuimus. §. sancimus. C. d. Episc. & cler.* Imperator non aliter judicem jurisdictione sua privari velit, quam si tertio fuerit requisitus, hinc tutius cum aliis statuimus, quod non sufficiat unica requisitio. add. Schrader. *d. feud. P. 10. qu. 4. n. 131. & seqq.*

§. IV.

Secundo requiritur documentum requisitionis, quo probetur denegatio vel trina requisitio, nec creditur nudis narratis partis & supplicantis. Nam in *Ord. Cam. P. 2. T. 29. §. 2.* cujus verba supra retulimus, expresse ponitur: *Kündlich das Recht versagt.* Nec obstat, quod in dicta *Ord. Cam. P. 2. T. 8. §. 13.* disponitur, constitutionem de denegata vel protracta justitiæ in judicibus aut commissariis, qui vigore ordinationis pro prima instantia dantur, locum habere, si intra annum causam non determinent; nam adhuc opus est, ut probetur justitia denegata: constat enim, de jure communi regulariter in judice non præsumi negligentiam, nisi probetur legitima requisitio, *L. 2. C. d. off. civ. jud. L. 1. C. d. susc. prep. & arcar.* & judex tum demum negligens dicitur, quando à parte requisitus non administrat justitiam, secus ergo si non sit requisitus.

§. V.

Cum vero sæpe contingat, ut partes litigantes tali documento non sint instructi, hinc quæritur, annon
jura-

juramento standum sit partis, si dicat, se non sperare consequi justitiam? Negat hoc Gail. *L. 1. O. 28. n. 3.* ob rationes jam ante allatas. Licet enim alias in decernendis processibus standum sit narratis, hoc tamen fallere, ait, in casu denegatæ justitiæ. A Gailio autem rursus dissentit Mynsinger. *C. 3. O. 58. autoritate Felini in can. Accedens. 2. ut lite non cont. n. 13.* & ratio fortassis hæc assignari potest, quod probatio trinæ requisitionis requiratur, probatio autem fit vel per testes, vel per juramentum. Præjudicium pro Mynsingero allegat Thilem. de Benign. 4. *Obs. Cam. Imp. 50.* Conciliationem tentavit Grævæus ad Gail. *Concl. 28. Conf. 1. n. 3.* an satis feliciter, judicent alii. Melius procedit doctrina Rosenthal. *c. 12. concl. 4. n. 63. & seqq.* qui rationabiles causas ab actoribus allegandas esse, ait, cur judices inferiores habeant suspectos, & jusjurandum offerendum, quod æquam justitiæ administrationem consequi diffidant, ita enim sapius, citationem recte decretam esse, dicit, atque speciatim adducit usum Camerae quotidianum in recipiendis appellationibus omisso medio, si vel is judici inferiori sententiam, à qua provocatur, præscripsit, vel causa illum tali modo tangat, ut in eo judex esse nequeat. Quia vero ex dictis apparet, quod Rosenthal. loquatur de casu, ubi judex intermedius solum suspectus est, de quo nos inferius agemus, non de casu denegatæ justitiæ, adeoque potius de juramento perhorrescentiæ, quam de eo, per quod requisitio judicis inferioris probari possit, hinc ipse Rosenthal. *n. 64.* semet explicat, quod jurejurando probaturus sibi justitiam denegatam esse, & propterea se non

non sperare justitia administrationem, audiendus non sit, sed aliqualis probatio requiratur: atque hinc consilium dat, ut per Notarium insinuari curetur requisitio, & per eundem desuper instrumentum conficiatur. Quicquid horum sit, cum partibus non facile sit indulgendum, ut suo jurejurando in propria causa testes fiant factæ requisitionis & justitiæ denegatæ, e contrario autem nec iudicibus permittendum, ut affectibus suis indulgeant, & litigantes à prosecutione juris sui per indirectum absterreant, vid. *Ord. Cam. P. 2. 26. §. und nachdem/ibi: wieder Recht und Billigkeit vergewaltigt* — daß die Notarien ie zu Zeiten sich zu solcher *requisition* nicht mehr gebrauchen wollen lassen / und also die armen Partheyen *requisitionem* und *denegationem justitiæ* nicht beweisen können *rc. rectius asseritur*, tunc litigantium juramentum admitti posse, si illi colorem quendam & probabiles præsumptiones factæ requisitionis afferre possint. *add. Autor præjudiciorum Camer. sub rubr. denegata justitiæ, p. 107. vers. 8.*

§. VI.

Licet vero conducatur, paucas habere instantias; quia tamen, præsertim in nostro Imperio, quandoque plures dantur, hinc nova resultat quæstio, an appellatio sit dirigenda ad ejus, qui justitiæ denegavit, proxime superiorem, an vero ad omnium supremum, v. g. Cameram Imp? Posterius placuit Gailio *L. 1. O. 1. n. 26.* ubi in Camera nihil decerni debere, ait, omisso medio, nisi in casu denegatæ justitiæ; ipse tamen mox sibi est contrarius *L. 1. O. 28. n. 3.* Et sane, si ille, qui denegavit justitiæ, alium mediatum, sc̄ tamen superiorem

D

riorem judicem, v. g. Principem vel Comitum habeat, tunc causa ad illum ipsum, non ad Cameram devolvitur. Mynsinger. C. 5. O. 82. n. 3. Hoc clarissime probatur ex Ord. Cam. P. 2. T. 26. pr. ibi: daß ein ieder --- Gewalt haben soll / das nechste Ober-Gericht / Obigkeit vder Herrschafft um rechtliche Hülffe zuersuchen / und wo ihm durch dieselbe auch nicht verholffen --- an demselben Cammer-Gericht anzubringen. add. Dn. Schuz. in Coll. jur. publ. V. 1. D. 8. th. 11. l. A. Scacc. d. appell. qu. 7. n. 44. & seqq.

§. VII.

Locuti sumus hucusque de casu justitiæ denegatæ, & defendimus, per viam appellationis causam ad proximè superiorem devolvi posse: videndus nunc est secundus casus appellationis per saltum, quem puto esse, si justitia protrahatur. Licet enim protractio in multis cum justitia denegata conveniat, unde ipsi diximus, eum, qui inanibus subterfugiis litem malitiose protrahentis nimis indulget, tacite justitiæ denegare; quia tamen in quibusdam etiam diversa jura obtinent; merito hic casus separatur à priori. Recurrit autem etiam hic illa dubitatio, an in causa dilata & protracta justitiæ, locum sibi vindicet appellatio? Non pauci sunt, qui id negant, statuentes tantum superesse remedium ad eundem judicem superiorem, ut is inferiorem ad justitiæ administrandam cogat, & promotoriales pro ea administranda intra certum terminum decernat, vel etiam sub certa poenâ injungat. Inter hos videtur esse Mynsing. C. 2. O. 24. vers. nam ex ordinat. provocans ad Ord. Cam. P. 2. T. 26. in fin. ubi promotoriales pro

pro administranda justitia intra certum tempus decernuntur, quod & repetit *C. 3. O. 57.* quia sc. remedium adeundi judicem superiorem adest, ut hic cogat inferiorem ad justitiam administrandam, plenius autem id persequitur *C. 5. O. 82.* E contrario alii in hoc casu locum dant appellationi, ita ut altera parte de iniqua judicis indulgentia & negligentia conquerente, causæ ad Aulam vel aliud judicium superius avocari queant, quoniam semper metuendum, ne pars semel gravata indices magis gravetur, causæque in longius tempus protrahantur, quod tamen iudices inferiores coram superiore fictis rationibus excusare, illisque hoc in casu fides adhiberi solet, ita statuunt Lud. Schrader. *d. feud. P. 10. S. 4. n. 139. Et seqq. aliique Dan. Moller. L. 2. sect. 30.* qui tamen partim confundunt avocationem causæ cum appellatione.

§. VIII.

Porro quaritur, quoties iudex debeat esse requisitus, qui distulit & justitiam administrare cessavit? Quamvis vero quoad denegatam justitiam dixerimus, trinam requiri requisitionem, in casu tamen protractæ justitiæ unicam sufficere firmiter statuimus, propter jam antea allegatum textum *Ord. Cam. P. 2. T. 26. §. und nachdem/* cum promotoriales literæ insinuatae & effectu suo destitutæ novos sumtus, novas moras atque frustrationes causent, unde saluberrime constitutum, ut unica requisitio sufficiat, ibi: *Damit nun solchen der Billigkeit nach begegnet/ auch daneben die armen Partheyen mit überflüssigen Kosten/ so ihnen über beschehene execution solcher neuen requisition halber aufgehet/ nicht beschwehe h*

beschwehret werden / soll hinfürder ein ieder Churfürst ---
dem obgemeldter maßen *promotoriales* vergünnet und
einmahl *insinuivret* werden --- ohne weitere *requisition*, ---
und da solches dergestalt nicht beschehe / soll alsdenn
dem klagenden Theil an dem Cammer Gericht / ungeachtet
ob gleich kein weiter Urkund des geweigerten Rechts
fürbracht würde &c. Ratio differentiae inter *justitiam*
denegatam & *protractam* hæc redditur: quia *justitiam*
denegare est aliquid odiosum & crudele, quod non fa-
cile præsumitur in iudice, *justitiam* vero protrahere
non æquè.

§. IX.

Tertio per saltum appellari posse statuimus, si me-
dius iudex inferiori præscripsit sententiam. Hunc casum
tangit Rosenth. *d. feud. supra cit. c. 12. concl. 4. n. 63.* &
tunc existere potest, si relatio fit in causa dubia ab infe-
riore iudice ad superiorem, ut superior rescribat, quid
pronunciandum sit, de quibus relationibus est integer
titulus in Codice. Fit autem relatio quinque modis,
(1.) ex natura causæ Principi reservatæ, (2.) datur re-
latio delegati iudicis ad delegantem ex rescripto, (3.)
fit relatio ad consilium sapientum perquirendum, (4.)
post appellationem, quando transmittuntur acta, (5.)
ob difficultatem & dubium in puncto juris. Hoc loco
maxime sermo est de relatione, quæ fit ante appella-
tionem, Brunnem. *ad L. 1. C. d. relar.* quæ relationes
hodie sunt sublata, *Nov. 125. c. 1.* nam moram iudiciis
longiorem afferre solebant, atque hæc sententia esse vi-
detur communiter recepta. Matth. Stephan. *ad Nov. 125.*
Rittershus. *P. 9. c. 7. n. 6.* Adeoque iudices, quibus dubium
occur-

occurrit, ipsi debent pronunciare, quod juris esse putant, aut, ut hodie fieri solet, possunt peritiores confulere. Hahn. *ad Wesenb. d. appell. in fin.* Illa vero relatio, quæ à iudice post appellationem dirigitur ad superiorem, sublata non est. Brunnem. *ad Auth. Novo jure C. d. relat.* quia superior non statim appellationes recipit, sed ab inferiore informationem & relationem super narratis requirit, atque tunc demum vel desert appellationi, vel eam rejicit. Prioris generis relationes olim erant frequentissimæ, uti ostendunt infinita fere, quæ Codici ubique inserta sunt, Imperatorum rescripta, ad ejusmodi relationes judicum emissa; sed quia litium exitus, uti dictum, post magnos sumtus nimium differbatur, prohibita sunt postmodum per *d. Nov. 125.* Putant quidem nonnulli, non prorsus jus hoc relationum sublatum esse, sed tunc demum, quando iudices se labore exonerare, vel odium evitare conantur, quale exemplum refert Huber. *in prelect. ad ff. T. d. appell. n. 4.* Quicquid vero horum sit, & licet Huber. *c. l. moribus* relationes non exerceri putet, tamen jure can. *cap. 68. d. appell.* sunt approbata, & Gudelin. *d. jure noviss. L. 4. c. 11.* asserit, pagis & oppidis minoribus eam legem datam esse, ut magistratus eorum locorum ad magistratum urbis majoris vel metropolis causam referat, & ab illo formulam judicandi accipiat, imo alicubi præceptum esse, ut sententia aliter lata minime valeat. Porro etiam litigantes ipsi ex variis causis adire solent superiorem, qui accepta informatione per relationem inferioris judicis, vel proprio motu, vel ad petitionem litigantium, iudici inferiori rescribit, quomodo

modo pronunciare debeat, quale exemplum hic sub-
 jicere non inutile erit: Liebe Getrene ic. die von euch
 an *Cajum*, des *Mevii* verkauften Gartens halber / ge-
 schehene *inhibition, ratione possessionis & domini*, hat kei-
 nen beständigen Grund: Denn obwohl derselbige von
 des Weibes Eltern herrühret / so ist doch (1.) dieser
 Garten nicht *res dotalis*, sondern wird vor ein einge-
 brachtes Stück ihrer Erbschafft angegeben / so (2.)
 mit *consens* ihres Ehemannes / als *Curatoris legitimi*,
 mit Zug verändert werden kan / und mag (3.) *Sempro-
 nius* solchen Verkauf *in rem suam*, als vorgeschügter
Curator und Käufer keines weges hindern / zumahl (4.)
 die *Mevia* nach ihres Mannes Tode / und nicht ihr
 Mann / das Kauf-Geld zugeniesen / und dannhero ihr
 dadurch einiger Nachtheil nicht zuwachset / indem (5.)
 Sie den Garten schwerlich so hoch / vielweniger höher
 nach seiner Beschaffenheit nutzen kan: so ist auch (6.)
 die Verschreibung *Sempronio* geschehen / weiter nicht / als
 auf die Versicherung seiner darauf geliehenen Schuld
 gemeinet / keines weges aber / daß die *hypothec* auf den *re-
 tractum* selbst abzielen solte / und ist ihm nunmehr billig
 einer darauf geliehenen Schuld halber *satisfaction* zu
 thun / wann anders nicht der Garten solcher *hypothec*
 wegen verpfändet bleiben soll. Hingegen-ist nicht oh-
 ne / daß (7.) das *Sempronio* geschehene Versprechen
 der künftigen Verkaufung halber dieses Gartens / ein
ius ad rem operire / welches ihm auch gegen *Mevii* Wit-
 tib und Erben nicht zunehmen / so aber keines *in re ipsa*
 etwas würcken kan. Dieweiln aber unter dessen der an
Cajum durch ordentlichen Kauf geschehene Verkauf
 ohne

ohne Würckung nicht bleiben kan / auch die *tradition* des Gartens an *Cajum* würcklich erfolget / als ist nicht zusehen / wie dieser / aller solcher angeführten Ursachen halber / aus seiner *possession* und Recht gesezet werden könne / zumahl *Mervii* Wittib und Erben auch nicht wenig / des verglichenen Kauuffs halber / zu ihren sonst daraus entstehenden Nachtheil *vinculiret* bleiben müssen. Und ob man wohl bey unserer Regierung nicht unterlassen hette / dieser Sache halber eine ordentliche Verhöre anzustellen / so ist doch solches vor unndthig gehalten worden / weil die angezogene *merita causa* bereits aus denen *acten* deutlich erhellen / auch die Nothdurfft erfordert / daß wegen Anbauung erwehnten Gartens die Sache ein zeitlich *decisum* erlange / derowegen hiermit unser Begehren / ihr wollet dieses *rescript* beyden Theillen *ad effectum* eines *decisi*, bald nach Empfang publiciren / und sie bedeuten / daß sie sich darnach achten und *Cajus* darbey geschüzet / der Witben aber auch ihr verglichenes Kauff Geld / dasern es nicht bereits geschehen / ungesäumet gezahlet werde. *Non tantum autem in civilibus, sed etiam in criminalibus talia rescripta quondam emanarunt; sic enim ad rescriptum Principis instituta interdum tortura, L. 3. C. d. pre. Imperat. Carpz. qu. crim. 123. n. 23. Quod si vero quis injuste tortus fuerit, potest judex ob id conveniri coram proxime superiori. Ord. crim. art. 61. ibi: wo aber solche peinliche Frag -- widerwärtig gebraucht wird / so wären dieselbe Richter als Ursacher solcher unbilliger peinlicher Frag sträfflich / -- und müßten darinne vor ihrem nächsten ordentlichen Obergericht gerechtfertiget werden.*

werden. Sive nunc in civili, sive criminali causa, iudex superior rescripserit, quæ & qualis sententia sit ferenda, vel quomodo illa sit exequenda, gravatus non appellabit proxime superiorem, qui rescripsit, & ipse gravamen intulit, sed omisso illo intermedio superior, quæ opinio fundatur in Ord. Cam. P. 2. T. 29. §. *item es soll / ibi: es wäre dann / daß der nechst Untere Richter -- der Sachen verwandt / oder sonst aus rechtmäßigen Ursachen in der Sachen nicht Richter seyn könt.*

§. X.

Huc quadrat *quarto* plane similis casus, quem refert Textor. *ad R. J. de anno 1654. D. 11. th. 24.* quando in casu commissionis, cum voto delegatus subdelegavit alterum, tunc enim à decretis subdelegatorum, immediate ad supremum committentem, nimirum ad Imperatorem, provocari potest, quamvis alioquin contraria videri possit juris dispositio, in *L. 32. C. d. appell.* Et hanc conclusionem pulchram vocat Textor. *c. l.* atque rationem subjicit, quod sc. frustra fiat appellatio ad delegantem, qui ipse non tam habet facultatem iudicandi, quam cognoscendi & referendi. Cum itaque vix sperare liceat reparationem gravaminis per delegantem, merito ad Imperatorem provocabitur, juxta cit. Ord. Cam. §. *item es soll.*

§. XI.

Quinto inter causas appellandi per saltum merito referunt, si superior proxime mediatus, propter suspicionem aut aliam causam sit inhabilis, de quo textus aper-

apertus extat in sapius alleg. Ord. Cam. P. 2. T. 29. §. *item*, es soll / ibi: oder der Sachen verwand / oder sonst aus rechtmäßigen Ursachen in der Sachen nicht Richter seyn könt. His enim verbis exprimitur suspicio, & deinde subjicitur generalis clausula, ut appareat legislatorem noluisse ullam inhabilitatis causam excludere, sed potius includere. Et hoc quidem rectissime: judicem enim suspectum habere gravissimum est, L. 16. C. d. jud. Can. quod suspecti. caus. 35. qu. 5. Cap. cum inter. 5. X. d. except. Nec est, quod quis regerat, causam suspicionis removeri posse adjunctione alterius judicis; præterquam enim, quod raro hoc modo quis sibi rectius consulat, nil nisi majores sumtus litigantes per id sibi contrahunt. Graviter hac de re ratiocinatur Rosenth. in simili casu c. II. synopsis. jur. feud. concl. 4. n. 61. his verbis: quod prædicta juris civ. dispositio in praxi foret difficilis, labores & sumtus multiplicaret, & nihilominus judices istos suspectos, coram quibus tamen litigare grave & periculosum est, in judicio relinquit, ac istis præsertim casibus, ubi suspecti judices superiores cognoscunt, ab aula practica recessisse videtur --- Lata enim lex illa à Justiniano, tempore eo, quo Prælatorum vita fuit integrior. --- Deinde & ratio Justiniani, ne provinciales ad longinqua examina trahantur & c. hodie plerumque omnino cessat, imprimis in Germaniâ, ubi plures sunt --- judices subalterni, in una & eadem provincia --- Tempore Justiniani isti Prælati non fuerunt tam magni domini, sed facilis eorum habendi copia: at hodie plerumque præstaret, vel aliquot millia milliarium iter facere questum judicem, quam talem tam sumptuosum Principem

eum comitatu & sumtu venientem adjungere, & quem vix unquam eo promovere posses.

§. XII.

Fundamenta inhabilitatis recenset Mynsing. *C. 1. O. 67.* sc. suspicionem, excommunicationem & aliam inhabilitatem. Quanam vero causâ judicem reddant suspectum, certa regula non sunt inclusa: referunt autem huc, si is commodum vel incommodum ex controversia sentiat: si alteri litigantium ejusve causâ fa- veat, vel inimicus sit, vel similem litem foveat: aut si ejusdem causâ advocatus, procurator vel testis fue- rit: aut alioquin suspectus probetur, & generatim, quæ restem faciunt suspectum, etiam judicem talem red- dunt, qua in re multum judicis arbitrio est relictum, vid. Lauterb. *T. d. jud.* ubi etiam inhabilitatis specia- rim sic dictæ aperit fundamenta. Excommunicationem esse causam appellationis per saltum, tradit Glossa *in cap. si is cui. d. off. & potest. jud. deleg. in 6.* Non mi- nus huc referunt hæresin, ita, ut judicem mediatum non catholicum præterire liceat, Scacc. *d. appell. qu. 7. n. 39.* quod tamen merito hodie dijudicandum est se- cundum constitutionem modernam status Imperii, in quò tres religiones diversæ sunt receptæ, & suprema tribunalia ipsa ex utriusque religionis Assessioribus con- stant. Quod si judex intermedius sit mortuus, sine du- bio superius tribunal adiri poterit. Suspensum ab offi- cio, illud exercere non posse, facile constat, unde etiam deducitur, quod suspensus ab appellante præte- riri possit; cumque nemo sine justa causa ab executione officii suspendatur, atque suspensio arguat officium non

ex



ex fide fuisse peractum, sequitur, talem suspensum merito etiam haberi suspectum, ob suspicionis causam autem locum dari appellationi per saltum, antea est evictum. Quid ergo, si ordinarius, cum ipse suspectus esset, delegaverit alium, an, quando delegatus sententiam dixit, appellare licebit ad delegantem? utique is tanquam suspectus poterit prateriri: hinc si Episcopus suspectus recufatur, & ideo ipse causam delegat, non appellatur à delegato ad Episcopum, sed ad Episcopi superiorem. Scacc. c. l. n. 42.

§. XIII.

Sexto per saltum lis ad superiorem devolvitur, si iudex intermedius sua sponte causam ad illum remittat: Nam, sicuti iudex invitus absque idonea causa recusari, vel pro suspecto haberi non potest: ita quin ipse volente & consentiente litigantes statim superiorem adire possint, dubitare nos non sinit sapius jam allegata Ord. Cam. part. 2. t. 29. §. item es soll ic. ibi: *Oder sonst aus rechtmäßigen Ursachen in der Sachen nicht Richter seyn könt / oder wolt.* De qua Camera observantia testatur Mynsing. Cent. I. O. 67. cui accedit Gail. lib. I. Q. 119. n. 2. Hoc vero dubium esse potest, an iudici intermedio absque legitima & iusta causa talis spontanea remissio sit permittenda? Gerit enim is officium publicum, ad quod expediendum cogi potest: Hinc in dict. Ord. Cam. ponitur: *aus rechtmäßigen Ursachen / forte, si pater in causa filii vel simili, in qua pro suspecto haberi possit, adeatur.* Hæ igitur causæ legitimæ erunt, ut iudex sponte munus iudicandi

candi declinare valeat, licet nec actor nec reus quicquam contra illum excipiat. Quod si vero alterutrius partis intersit, veluti propter acta coram intermedio iudice existentia, vel quod is juris statuarii vel facti, super quo intentio partis fundatur, meliorem notitiam habeat, & cuius probatio in supremo iudicio multo sumtus exigeret, atque hinc exitum litis protraheret, aliaque incommoda afferret, nec non propter incommoda itineris atque sumtus in id faciendos, ob id, quod supremum iudicium longe sit disitum, propter has & similes causas non indulgendum esse iudici intermedio putarem, ut remittat causam ad superiorem, sed cogendum potius, ut ipse sententiam ferat.

§. XIV.

Inter iustas causas munus sententiæ ferendæ declinandi & hæc referri potest, si intermedio iudici de iustitia causæ melius constaret, quam in actis deductum & probatum est. Siquidem vulgaris est quæstio: An iudex secundum propriam conscientiam, an vero secundum acta & probata iudicare debeat? de qua in utramque contradictionis partem Dd. multum & operose disputant. Videri imprimis potest Frantzk. *L. 2. resol. 22.* ex cuius sententiæ præsupponendum erit, hanc quæstionem locum tantum invenire in iudice, qui est una & singularis persona, non vero in collegiis integris, prout hodie pleraque nobiliora existunt iudicia. Ratio est, quia, licet unus assessorum habeat exactissimam rei cognitionem, reliqui tamen tutò ejus solius fidem



fidem sequi non tenentur, atque hinc frustraneum esset, causam ad superius remittere iudicium. Deinde praesupponitur, quod iudex habeat notitiam indubitam, unde si probabiliter saltem factum sciat, rectius sequitur actum & probatum. Huc respicere videtur A. Gellius L. 14. c. 2. qui philosophum Phavorinum in causa, ubi constabat, actorem esse virum bonum, notæque & expertæ fidei atque vitæ inculpatisimæ, reum verò hominem non bonæ famæ, vitæque turpis & sordidæ, præterea convictum de mendaciis, ita differentem inducit: *suadeo hercle tibi -- ut si quid inter duos actum est, neque tabulis, neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, ut ex eis, qui melior esset, quaereretur. Et si pares essent, seu boni pariter, seu mali, tum illi, unde peteretur, crederetur, ac secundum eum iudicaretur. In hac autem causa, de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur, deterrimus, & res inter duos acta sine testibus. Eas igitur & credas ei qui petit, condemnesque eum, de quo petitur.* Sed Gellius nostram tenens opinionem, subjicit: *Hoc quidem mihi tum Phavorinus, ut virum philosophum deceit, suasit. Sed majus ego altiusque id esse existimavi, quam quod meæ ætati & mediocritati conveniret, ut cognovisse & condemnasse de moribus, non de probationibus rei gesta viderer, ut absolverem tamen inducere in animum non quivi, & propterea juravi, mihi non liquere, atque ita iudicatu illo absolutus sum.* Hoc ultimum nostræ thesi non convenit quidem, quia debuisset alias reum absolvere, aut quia diversa erat ratio iudicium pedaneorum à nostris magistratibus, hinc

illi poterant dicto modo se à iudicatu liberare, quod non æque possunt magistratus hodierni, qui simul iudicis personam sustinent. Quæstio nostra etiam locum non habet in summo principe vel summis tribunalibus: quicquid enim sit, quod quidam illis secundum conscientiam iudicare permittant, hic tamen saltus locum habere nequit, quia superior non datur. Præsuppositis nunc terminis habilibus, culpandus non est iudex, qui secundum acta, non secundum propriam conscientiam iudicat; si tamen videat, litigantem, quando huic saltum ad superiorem concedit, causam suo testimonio obtinere posse, rectè facit, si iudicandi officium declinat, & testem agit.

§. XV.

Septimò per saltum appellatur, si continentia causæ hoc postulat, quæ nihil aliud est, quam coherentia controversiarum, quæ illarum cognitionem separare non permittit, sed utriusque terminationem coram eodem iudice postulat. Frantzk. *ad tit. d. iudic. n. 55.* Oritur autem illa vel ex generalitate actionis adversus plures personas competentis, aut ob res diversis iurisdictionibus subjectas, adeoque coram omnium supremo petendas: vel ex singulari cognitione juris & facti; aut quia una alteri præiudicium facit. Sic iudicium possessorium & petitorium dividi non debent, nec coram uno possessorium, coram alio petitorium intentari, Gail. *L. 1. O. 32. n. 11.* qui hoc *n. 12.* limitat, ut non procedat, si pars hanc exceptionem continentia non opponat, veluti hoc contingit in causa *Heyden* contra *Wende!*

Wendt / ubi possessorio coram iudicio aulico imperia-
li finito, peritorium coram Camera imperiali institue-
batur. vid. *Staats-Spiegel Mens. Novembr. 1702. pag.*
18. 199.

§. XVI.

Illius coherentiæ, quæ ex generalitate actionis pro-
venit, duos fontes indicavi, personas nim. & res. Per-
sonæ sunt vel private, vel publicæ. Quoad personas
constituitur hæc regula: *ubi iudicium personarum sepa-
rationem & divulsionem non patitur, ibi, ceteris paribus,
continentia causa fundatur*, Gail. *L. 1. O. 32. n. 1.* Illustria
exempla collegit B. Dn. Strykius *in Us. Med. ad tit. de
Quibus reb. ad eund. iud.* Sic si plures consortes diversos
habeant Aufregas, v. g. unus Aufregas legales, alter for-
te conventionales, vel uterque conventionales, vel uter-
que legales, sed diversi modi, ut princeps & comes, tunc
coram Camera hi simul possunt conveniri. Ord. Cam.
p. 2. tit. 9. Reces. Dep. d. an. 1600. §. 23. Blum. tit. 40.
n. 9. Quid ergo, si æquales habeant aufregas, an ni-
hilominus *d. §. 23. Rec. Dep. d. an. 1600.* locum habebit?
Alii id affirmant, alii negant. vid. Blum. *in proc. Cam.*
t. 40. n. 10. Porro si plures litis consortes, quorum unus
est civis imperii immediatus, reliqui verò mediati,
causam habeant, immediatus non potest provocare ad
Aufregas. Gail. *1. O. 32.* Pari modo contra principem
& ejus subditos simul mandata & processus decernuntur
in Camera, quod & locum habet, quando contra
Episcopum & Capitulum conjunctim actio insti-
tuitur.

§. XVII.

Hæc de continentia processuum intuitu personarum: nunc de connexitate rerum fufius posset agi, quippe quæ etiam locum facit appellationi per saltum, si scilicet processus instituatur super rebus diversi fori; integram vero tractationem continentia causarum hic apponere nolumus, sed id solum notamus, quod quantum de jure communi ibi actio instituenda sit, ubi major pars bonorum sita est, tamen diversum obtineat in Camera, ubi quando bona sub diversis jurisdictionibus sita reperiuntur, processus ex continentia causæ decerni solent, *per consult. d. an. 1595. dub. 8.* & quantum hoc dubium ulteriori Statuum consultationi reservatum fuerit in *Deput. rec. 1600. §. 140.* idque hæcenus nondum decisum, tamen præmemorato modo processus decernuntur. Blum, *ad Ord. Cam. t. 41. n. 14.*

Octavo per saltum appellare licet, si medii judicis de eo, quod in iudicium venit, nulla sit cognoscendi potestas. *Mev. p. 6. Dec. 96.* quod fit, quando aut plane nullam habet jurisdictionem, aut quando is casus incidit, super quo judicare non valet, cum paria sint, non esse iudicem, & non esse ratione causæ competentem, *L. 1. 2. C. si non comp. jud.* Exemplum ponit *Mevius c. l.* in casu, si ageretur de intellectu decreti superioris judicis, & iudex à quo, illud in sensum traheret, quem pars isti non convenire allegat. Ratio est in propatulo, nam ejus est declarare, qui dixit sententiam, nec alteri iudici competit, mentem superioris expo-

exponere. *L. fin. C. d. LL.* adeoque recte recurritur ad eum, à quo decretum fuit profectum, omisso intermedio.

§. XIX.

Nonus casus est, si pars appellata contra judicem superiorem, intermisso medio, non exceperit, sic enim videtur in illum consentire & jurisdictionem prorogare, Mynf. Cent. 1. Obs. 67. Atque hoc regulare est in quibuscunque dilatoriis exceptionibus, cap. pastoralis. X. d. except. Neque enim rectè iudex dici potest incompetens, qui in ordine superiorum est, cum proroganda jurisdictionis superiorum occasio sit facilis, non etiam ejus, qui omnino incompetens est, *c. 1. d. foro comp. in 6.* Neque distinguitur, an errore, an scienter omisso medio, appellatus sit superior, quia necessitas remissionis, de qua in *L. 21. ff. d. appell.* conditionalis est, si videlicet appellatus excipiat. *Perez. ad C. d. appell. n. 16.*

§. XX.

Quid ergo, si medium iudicium est instituendum, sed nondum institutum? utique respiciendum est ad id, an propediem possit & debeat institui, an vero spes ejus instituendi sit valde remota: deinde an appellans per saltum urgeat defectum medii iudicis, an non, ibi enim non facile iudex supremus supplet jura partium, atque hæc & similia sunt considerata apud *Mev. p. 1. dec. 87.*

§. XXI.

Ceterum in appellationibus ad Cameram contrarium asserit Dn. Textor *ad R. J. N. Disp. 1. tb. 22.* quia ipsa hujus appellationis receptio est prohibita, *Ord. Cam. p. 2. t. 29. §. item Es soll keine.* Vnde & Ziegl. *de jur. maj. L. 1. c. 30. n. 2.* distinguit, an errore ad majorem judicem directa sit appellatio, an malitiosè; & illo quidem casu in tantum appellationem sustineri putat, ut illa remitti queat ad quem fieri debuit ex imò ordine: posteriori vero casu intercidere ait appellationem & profus non valere. *Befold. d. appell. c. 4. n. 13.* Ex quo fundamento nuper definitiva sententia præterito infimo judice, in judicio intermedio prolata, in suprema appellationis instantia reformabatur & ad primam instantiam remittebatur, non obstante, quod reus omiserat fori exceptionem.

§. XXII.

Decimo per saltum appellatur, si pestis eo in loco grassetur, ubi judex appellationis proximè immediatus degit; & quamvis alias pesti comparentur alii morbi contagiosi, de persona ad personam facile transientes, *Zacchias. p. 2. L. 2. quest. 8. n. 18. Sennertus inst. med. Lib. 2. p. 2. c. 12. pag. 273.* videlicet febris petechialis, dyfenteria; tamen & hic ad diuturnitatem respici æquum est, alias enim illa, quæ diutius non durat, non debent turbare jurisdictiones bene subordinatas.

§. XXXIII.

Vndecimo consuetudinem huc refert *Mynf. Cent. 1. Obs. 67. in fin.* hæc enim constitutio ordinis observandi juris positivivi

fitivi est, & propterea usu & consuetudine tolli potest & immutari, sicut in materia appellationis post alios scripsit Lancellotus *intr. d. attent. p. 2. c. 12. limit. 48.* dicens, illa non censi attentata, quæ consuetudine permissa sunt. Et in Imperio nationis germanicæ hujus non desunt exempla. Klock. *Conf. 14. tom. 1. n. 123.* Ita & in regno Neapolitano posse ad regem appellari, omisso medio, obtinuit, teste Covarr. *pract. qu. c. 4. n. 9. in fin.* imo rescriptum Severi & Antonini *in L. Imperatores. ff. d. appell.* jam olim rarò fuisse observatum, receptis à quocunque ad principem recte factis appellationibus, observavit Cujac. *L. 21. obs. 33. in fin.*

§. XXIV.

Duodecimo loco occurrit causa scholarium vel studiorum: Sigisf. Scacc. *d. appell. qu. 7. n. 102.* Pro fundamento allegari solet *Auth. Habita. C. d. ne fil. pro patr.* Sed an tot & tanta privilegia inde erui possint, ut vulgo fit, merito dubitat Dn. Ludovici *in programme observationibus ad Rebuff. premissis.* Quicquid vero sit, singulare scholarium privilegium hoc est, ut proprium habeant judicem, post eum verò nullum alium quam imperatorem, uti Jcti plenius hoc tradunt & exponunt *ad d. Auth. ad d. Petr. Greg. Thol. tr. d. appell. L. 4. c. 13. per tot.* A jure isto recessum per jus pontificium, quo scholarium causæ factæ sunt ecclesiasticæ, hinc ad Episcopos derivatæ, ad quos provocari eisdem convenit. Postmodum verò & hoc varias subiit mutationes, præsertim post tempora reformationis, unde



variè, qui academias fundant, de eo constituunt, vid. omnino *Mev. p. 6. Dec. 220.* qui etiam tradit *Dec. 275.* in quibus causis generatim admitti possint appellationes studioforum, in quibus non; illuc refert causas, quæ non proprie studiosos ut tales concernunt, veluti cum contractuum, proprietatis, possessionis & similibus causa litigant: huc vero causas relegationis, carceris squalidi diuturni & infamis, nisi tale quid terminos correctionis scholastica egrediatur. Omni enim ratione caret, & absurdum foret, homines idè quod studiis incumbunt, deterioris reddere conditionis, quam alios, cum illos jura majoribus beneficiis & privilegiis dignos habeant.

§. XXV.

Decimo tertio & ultimo loco latissimus pateret campus excurrendi in jus Canonicum, atque ex illo conqurendi textus & rationes circa appellationem ad summum pontificem; sed quia *Scacc. d. appell. qu. 7. n. 46. §. seqq.* latissime hæc stadia complevit, & ex hypothesi, pontificem habere jurisdictionem cum omnibus inferioribus prælatis concurrentem, deducere conatur, talem appellationem per saltum vix dici posse, omittit

hæc consultius duxi, hinc filum

abrumpens dico

S. D. G.





Praenobilissimo Domino

**JOHANNI REINHOLDO
MACKIO,**

Jur. Doctorando dignissimo

S. P. D.

P. R. Æ S E S.



**Vem multo labore &
vigiliis, tum in illustri
Giesensium lyceo,
tum in hac nostra
Vniversitate conqui-
sivisti**

¶ (o) ¶
fivisti, eruditionis & legitimæ
scientiæ thesaurum, eum jam pu-
blice promis & prudenti literato-
rum exponis iudicio; dignus pro-
pterea, qui honorum cohoneste-
ris insigniis, & præconio celebre
ris promerito. Scilicet egregio,
quod *de Appellatione per Saltum*
conscriptisti, specimine ostendis,
Te non per Saltum, sed per gra-
dus ad dignitatis fastigium ad-
scendere voluisse, & inanes titu-
los prece vel pretio emendicare
dedecori Tibi putare, majoris æsti-
mans nominis decus, quod sudo-
re paratur, & non nisi virtute at-
que doctrina præstantibus tribui
confuevit. Hinc merito Tibi de
superatis feliciter laboribus & ob-
tenta

¶ (o) ¶


tenta inde nominis fama ex animo
gratulor, nullus dubitans, quin
patria tua charissima, per totum
orbem celeberrima, cum gaudio
Temet sit susceptura & præmiis
condignis cumulatura. Id quod
ut Tibi ex voto eveniat, utque di-
vinum Numen Temet in reipubli-
cæ patriæ commodum, Tuorum-
ve solatium, quam diutissime in-
columen servare, Tibique majora
indies incrementa concedere ve-
lit, sincero cordis affectu pre-
cor. Vale. Dabam Jenæ, die
18. Junii An. 1712.



terramque nominatam ex animo
grandioribus duntaxat
pacis tua christiana per totum
orbem celebrantur eorum
Tenet hic filiopeus & praesens
condignis curantibus. Id quod
in Tili ex voto creatur, tam de
vium Nunc Tomen in tempore
ce parte commoventur. Tomen
ve solentur, quam dicitur in
columnen servare. Tibione n. for
indicoe adona commoventur
hic, tuncro cordis affectu
con. Vale. Dabam hunc
18. Jan. 1717.







20 22.
DISPVATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

De

APPELLATIONE PER SALTVM,

Quam

AVXILIO DIVINO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, JVLIIACI, CLIVIAE AC MONTIVM, AN-
GARIAE, GVESTPHALIAEQVE ET RELIQA,

IN ALMA SALANA

EX DECRETO ILLVSTRIS ORDINIS JVRIDICI

PRÆSIDE

VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO WILDVOGELIO,

JCTO CONSVMMATISSIMO,

CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI INTIMO, CVRIÆ PROV. ET
SCAB. NEC NON FACVLTAT. JVRID. ASSESSORE GRAVIS-
SIMO, VT ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,

PRO LICENTIA

Summos in utroque jure capeffendi hono-
res & privilegia

SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI SVBJICIT

D. JVN. M D CC XII.

JOHANNES REINHOLDVS MACK,

HAMBVRGENSIS.

JENÆ, LITERIS MVLLERIANIS.

inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black